



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 101. Epistola Franciæ Regis ad suum Legatum Romam data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.

§. CI.

A. C. 1560.Epistola Franciæ Regis ad suum Legatum Romam data.*Mem. p. 44.*

Paulo post idem Franciæ Rex ad Burdesarium Engolismensem Episcopum, & postea Cardinalem, quem tanquam suum apud Pontificem Legatum Romam rursus decreverat, aliam perscripsit epistolam, in qua hæc significabat: „Ab illo temporis momento, „quo Antonius Toletanus advenit, „pam certum reddere possum, quod præter alias pacem desiderandi rationes „præcipua fuerit facile juxta, ac tutum „medium, per quod hujus pacis beneficio pariter omnia Religionis diffidia, „quæ Regnum meum perturbant, componi posse spero, hinc me ad hoc pro „viribus intentum sibi persuadeat Pontifex; quamvis enim nunc satis mihi „certum sit, quod hosce tumultus, ac „seditiones sedare, ac collectas ubique „rebellium copias facile armis dissipare valeam, ac rebus provide dispositis „nullus quicquam ulterius movere audeat, nihilominus omnino compertum „habeo, quod novæ opiniones indies „magis rebellium animis intime inherereant, majoresque semper progressus „facturæ sint, nisi opportuno, malisque „congruo obvietur remedio: quapropter

„pter vehementer desidero, uti jamjam
 „Mannensi Abbati præceperam, qua-
 „tenus etiam tu operam tuam hac in
 „re navare velis, omnique studio sum-
 „mum Pontificem eo inclines, ut libe-
 „rum, ac Oecumenicum Concilium con-
 „vocet: Insuper Papam certiozem red-
 „das, quanto studio, & affectu com-
 „modum, ac Reipublicæ Christianæ
 „tranquillitatem procurare desiderem,
 „adeo, ut, si vicissim summus Pontifex,
 „prout spero, ad hoc quoque suam ope-
 „ram jungere, ac Christianorum Prin-
 „cipum vota piis suis consiliis juvare
 „velit, nullatenus dubitem, quin non
 „exinde uberrimus colligi possit fru-
 „ctus. „ Data est hæc epistola Fontis-
 „Bellaquei die vigesima sexta Julii.

Sæc. XVI.
 A.C. 1560.

§. CII.

*Scriptum Rhedonensi Episcopo apud
 Cæsarem Legato transmissum.*

Insuper dissoluto Fontis-Bellaqueo con-
 ventu Rex ex oppido S. Germani in
 Laja ad Episcopos, Prælatos, aliosque
 Ecclesiæ Ministros in sua ditione con-
 stitutos literas dedit, præcipiens, qua-
 tenus Lutetiam Parisiorum accederent,
 ac generalibus comitiis ibidem cele-
 brandis interessent, ut circa ea, quæ u-
 niversali concilio proponenda videbun-
 tur, deliberare, ac definire valerent, &

*Mem. pour
 le Concil. de
 Trente p. 49.*